

VII.

OGLASNIK LAVANTINSKE ŠKOFIJE

Vsebina: 53. Slovenski prevod okrožnice papeža Pija XI. o obnovi socialnega reda po evangelijskih načelih. — 54. Tribunalis ecclesiastici dioecesani nova constitutio. — 55. Examinatorum prosynodaliū electio et confirmatio. — 56. Decretum de sacrarum campanarum usu. — 57. Decretum circa indulgentias Viae Crucis ab infirmis lucrandas. — 58. »Karitas« posmrtninsko zavarovanje, Ljubljana. — 59. Ugodnosti za duhovnike v zdravilišču Rogaška Slatina.

53.

Slovenski prevod okrožnice papeža Pija XI. o obnovi socialnega reda po evangelijskih načelih.

Ob 40 letnici znamenite delavske okrožnice Leona XIII. *Rerum novarum*, je sedanji sv. oče Pij XI. dne 15. maja 1931 izdal okrožnico *Quadragesimo anno*, v kateri razpravlja najprej o dobrotah, ki so potekle iz okrožnice *Rerum novarum*, potem pa avtoritativno razlaga nauk Cerkve o važnih socialnih in gospodarskih vprašanjih ter podaje navodila za pravo krščansko obnovo socialnega reda.

Tej številki Oglasnika je priložen za vsako župnijo en izvod celotnega prevoda te znamenite okrožnice. Gospodje dušni pastirji naj okrožnico dobro preučijo ter naj po njej priredijo v poljudni obliki pridige in predavanja.

Za doposlani izvod naj župnijski uradi v kritje stroškov iz cerkvene blagajne semkaj nakažejo Din 5[—] po priloženi položnici. Nadaljnji izvodi se lahko naročajo v knjigarnah, predvsem pri Novi Založbi v Ljubljani.

54.

Tribunalis ecclesiastici dioecesani nova constitutio.

*Praescriptis canonum 1572—1593 Codicis iuris canonici obsecundantes, Tribunal ecclesiasticum dioecesanum primae instantiae, abrogato decreto die 24. Novembris 1923 hac de re dato,*¹ hisce, audito Capitulo cathedrali, noviter constituimus. Cui Tribunali potestatem committimus ordinariam, iudicandi de causis contentiosis et criminalibus nec non matrimonialibus, exceptis iis, quae sunt vel Sedi Apostolicae reservatae aut ad eandem advocatae (can. 1570), vel aguntur inter religiosos exemptos (can. 1579), vel pertingunt ad canones 2142—2194, vel denique, quas in casu Ipsi Nobis reservabimus (can. 1573. § 2).

Sunt ergo in Iudicum istud dioecesanum electi:

Officialis: Dr. iur. can. Vrabner Maximilianus.

Vice-officialis: Janežič Rudolfus.

Iudices prosynodales: Časl Franciscus, Dr. theol. Cukala Franciscus, Mons. Umek Michael, Dr. theol. Mirt Ioseph.

¹ Folium officiale dioec. Lavant., 1923. Num. XIV. al. 54. pag. 78.

Auditor et relator: Pro casu constituetur unus ex iudicibus.
Notarius: Kokošinek Joannes.
Promotor iustitiae: Dr. theol. Somrek Ioseph.
Defensor vinculi: Dr. theol. et iur. can. Močnik Vincentius.
Advocatus: Mons. Dr. phil. Kovačič Franciscus.
Apparitor: Lorgier Eugenius.
Cursor: Famulus Cancellariae episcopalis.
Praenominati praeter cursorem munere suo devincientur iuramento in manus Nostras praestando.
Maribor, die 24. Augusti 1931.

† Andreas m. p.
Episcopus.

55.

Examinatorum prosynodalium electio et confirmatio.

Quum iuxta canones 385—390 Codicis iuris canonici in quavis dioecesi habeantur examinatores, qui operam suam diligenter navent, praesertim experimentis, habendis ad provisionem paroeciarum, Nos, de consilio Capituli cathedralis, abrogando decretum de constitutis examinatribus promovendorum ad beneficia curata prosynodalibus, dato die 24. Novembris 1923,¹ praedictum Examinatorium constituimus, ut sequitur:

Praeses in tentaminibus concursualibus: Episcopus-Ordinarius.

Vice-paeses: Mons. Dr. theol. Tomažič Joannes.

Examinatores prosynodales: Dr. iuris can. Vrabec Maximilianus, Dr. theol. Cukala Franciscus, Dr. theol. Mirt Ioseph, Mons. Dr. phil. Kovačič Franciscus, Dr. theol. Hohnjec Ioseph, Dr. theol. Somrek Ioseph, Dr. theol. Jehart Antonius, Dr. theol. Jeraj Ioseph, Dr. theol. et iur. can. Močnik Vincentius, Doc. theol. Cajnkar Stanislaus.

Vice-paeses et examinatores coram Nobis iurabunt, se quacumque humana affectione postposita fideliter munere suo functuros esse.

Maribor, die 24. Augusti 1931.

† Andreas m. p.
Episcopus.

56.

Decretum de sacrarum campanarum usu.¹

Decet omnino campanas consecratas vel benedictas, quas »cuilibet ecclesiae esse convenit, quibus fideles ad divina officia aliosque religionis actus invitentur«, ad eum tantummodo usum adhiberi, qui ab ecclesiastica auctoritate, »cui earum usus unice subest«, expresse est praescriptus, ad normam canonis 1169 §§ 1—3 Codicis iuris canonici.

Iamvero quae de legitimo campanarum sacrarum usu ecclesiastica auctoritas non semel, anteactis temporibus, statuerat, eadem ipsa redegit in memorato canone 1169, § 4 hisce verbis: »Salvis condicionibus, probante Ordinario, appositis ab illis qui campanam ecclesiae forte dederint, campana benedicta ad

¹ Folium officiale dioec. Lavant., 1923. Num. XIV. al. 55. pag. 78. sequ.

² AAS XXIII, 1931, Nr. 4, pag. 129.

usus mere profanos adhiberi nequit, nisi ex causa necessitatis aut ex licentia Ordinarii aut denique ex legitima consuetudine».

Porro ex relatis a nonnullis locorum Ordinariis constat, parochos et rectores ecclesiarum non deesse, qui, Ordinariis suis inconsultis, vel proclives omnino sese praebeant, vel facile sinant, ut campanae suae cuiusque ecclesiae ad usum mere profanos seu civiles adhibeantur.

Quare od omne, si quod esse possit, dubium in re amovendum et ad abusus compescendos, haec Sacra Congregatio Concilii praescriptum eiusdem canonis 1169 § 4 in mentem revocandum eiusdemque observantiam urgendam esse censet.

Praesenti itaque decreto mandat parochis aliisque ecclesiarum rectoribus ut ipsi campanarum sacrarum usum in suis ecclesiis ad normam Codicis iuris canonici adamussim moderentur, requisita etiam tempestive et habita proprii Ordinarii licentia, si, gravi ex causa, sacrae campanae in usum non stricte religiosum sint quandoque adhibendae.

Quod quidem mandatum ut ab omnibus, quorum interest, rite servetur, Ordinarii locorum vigilantiam atque curam omnem, statutis quoque canonicis poenis, impendant, atque inobedientes, si res ferat, ad hanc Sacram Congregationem deferant.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 20. mensis Martii anno 1931.

I. CARD. SERAFINI, Praefectus.

L. ✠ S.

I. Bruno, Secretarius.

57.

Decretum

circa indulgentias Viae Crucis ab infirmis lucrandas.¹

Devotam Passionis Ssmi D. N. I. C. recordationem per pium, quod vocant, exercitium Viae Crucis maximi infirmis esse solaminis, qui spirituali eorum adistentiae dant operam unanimiter testificantur. Ad excitandos igitur ad tam salutarem praxim eos quoque qui a praefato pio exercitio regulariter peragendo aegritudine impediuntur, Ssmus D. N. Pius Pp. XI, instante infra-scripto Cardinali Maiore Poenitentario, in audientia diei 20 currentis mensis, benigne concedere dignatus est ut infirmi qui pium exercitium Viae Crucis nec in forma ordinaria nec in forma statuta a Clemente XIV die 26. Ianuarii 1773, per recitationem scilicet viginti Pater, Ave et Gloria, absque gravi incommodo vel difficultate peragere valeant, omnes et singulas indulgentias, eidem pio exercitio quomodocumque adnexas, lucrari possint vel osculando vel etiam tantum intuendo, cum affectu et animo contrito, in aliquem Crucifixum ad hoc benedictum, eis vel a sacerdote vel ab aliqua alia persona exhibitum, et recitando brevem aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et mortis Iesu Christi Domini Nostri.

Praesentibus absque Brevis expeditione in perpetuum valituris, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria, die 25. Martii 1931.

L. CARD. LAURI, Poenitentiarius Maior.

L. ✠ S.

I. Teodori, S. P. Secretarius.

¹ AAS XXIII, 1931, Nr. 5, pag. 167.

58.

„Karitas“ posmrtninsko zavarovanje, Ljubljana.

Župnijskim uradom se v zmislu dopisa »Karitativne zveze« v Ljubljani, Poljanska cesta 28 (Marijanišče), od 10. avgusta 1931 naznani in v celem obsegu toplo priporoča naslednje:

Naloga Karitativne zveze ni samo, da pomaga bednim. Njena naloga je tudi, da že v naprej skuša odstraniti vzrok in izvir bede. Smrt posameznega člana družine, zlasti očeta, spravi družino večkrat v velike gmotne težkoče. Včasih družina niti toliko ne premore, da bi umrlemu oskrbela dostojen pogreb. In če je z umrlim usahnil tudi edini vir dohodkov, je ogrožen obstoj cele družine, ki postane odvisna od usmiljenih src. Kako torej rešiti to vprašanje?

V ta namen je Karitativna zveza ustanovila v zastopstvu velike domače zavarovalnice »KARITAS« posmrtninsko zavarovanje. V tem zavarovanju je omogočeno vsem, tudi najnižjim slojem, oskrbeti si dostojen pogreb in svojem omiliti gmotne težave.

V razliko z drugimi posmrtninskimi zavarovanji se tu plačujejo stalno enaki mesečni prispevki. Najmanjši je Din 5.—. Največji je Din 75.—. Zavarovana vsota (posmrtnina) je odvisna od mesečnih prispevkov in vstopne starosti zavarovancev. Pravica na posmrtnino je zakonito zaščitena. Posmrtnina se izplača takoj po smrti zavarovanca. Družinam z otroci nudi to zavarovanje še posebne ugodnosti. Če sta zavarovana mož in žena, odnosno eden preživel zakonec in eden otrok, so vključeni v zavarovanje tudi ostali otroci od dovršenega 2. do dovršenega 16. leta. Pri smrti radi nezgode se izplača dvojna posmrtnina. Posmrtnina se izplača le, če je zavarovanec cerkveno pokopan.

Točna pojasnila so razvidna iz prospektov, ki jih bodo župni uradi prejeli od Karit. zveze v Ljubljani.

In caritate Christi!

59.

Ugodnosti za duhovnike v zdravilišču Rog. Slatina.

Ravnateljstvo zdravilišča Rogaška Slatina je v dopisu z dne 18. avg. 1931 obvestilo kn.-šk. ordinariat, da imajo duhovniki v posezoni, ki traja ves mesec september, v slučaju ugodnega vremena pa tudi še oktobra, pri vseh cenah 50% popusta.

Lavantinski knezoškofijski ordinariat

v Mariboru, dne 28. avgusta 1931.